HR

3772.

Stephanus Lagonius,


In honorem nuptiarum

Matthiæ Lagonii

&

Mariæ, Johannis Langi f.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)

DA BOX

opst. i 2°

L. N. 347.

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)

CARMEN IN HONOREM NVPTIARVM PIETATE, HVMANITATE, ET FIDE CONSPICVI IVVENIS MATTHIÆ LAGONII RIPENSIS, ET PVDICISSIMÆ SPONSÆ EIVS MARIÆ, INTEGERRIMI, BEA[illegible]ISSIMÆQVE MEMORIÆ VIRI, IOHANNIS LANGI, CIVIS FLE[illegible]BVRGENSIS PRIMARII, FILIÆ:

CONS[illegible]IPTVM A

IOHANNE LAV[illegible]ENTIADE AMERINO.

EXtulit alma dies iubar ecce, faceſq; iugales
Fulgent, connubij Venus & noua vincula nectit.
Raucaq; cum lituis celebrem dant tympana plauſum.
Florida luteolis ſparguntur ubiq; per vrbem
Lilia cum violis: & feſta fronde ſacratum
Vndiq; uelatur templum quin cuncta uidentur
Læticiæ dare ſigna nouæ, ſponſoq; recentem
Gratari ſponſam, ſponſæ ſponſumq; recentem.

Phœbe nouenarum decus immortale ſororum
Quæſo tuum roſei depromе coloris amictum,
Flauaq; ſis viridi redimitus tempora lauro,
Atq; moue facili reſonantia pollice plectra:
Et mihi, quo poſſim quoq; gaudia prodere, lætum
Funde melos, valeamq; nouis quo pſallere nuptis
Digna ſerenato mihi ſuggere carmina vultu.
Et magè quò faueas, en quem mea dicere Muſa
Expetit, eſt etiam tua quondam caſtra ſecutus.
Ergò uiciſſim agè nunc veteris ſtet gratia facti.
Tu quoq; nate Iouis facili quem candida partu
Pleïas enixa eſt, Diuûmq; diſerte miniſter,
Fideq; mercantûm terra, pelagoq; magiſter.
Hic tuus ut meritò celebrari poſſit alumnus
Obſecro confer opem, calamum, mentemq;, ſtylumq;
Tu moderare, mihiq; rudis fac venula verſu
Liberiore fluat, magnaſq; merêbere grates.
Iungere ſed propriam ſi tu dignabere vocem,
Crede mihi, maior tibi laus & gratia cedet.

Mercurius. Haud indigna petis, tibi non parere recuſo,
Ipſi etenim iuueni faueo, ſemperq; fauebo,
Tum quod ab eximijs, notiſq; parentibus ortum
(Ipſe ſenatorum prudenti ex ordine uixit
Cui pater, ac celebri genetrix è conſule nata)
Ducit: tum uaria quod eum virtute politum
Experior, ſeu luſtro animum, ſeu penſito mores.
Quid vegeto referam pulchras in corpore dotes?
Quidue ſecundantis memorem locupletia ſortis
Munera? iuſticiamq; fidemq; negotio in omni?
Gratulor ergò ipſi tantum virtutis honorem,
Atq; petita adeò fruiturum geſtio Nympha.
Sed fero quam poſſum ſummas dulciſſima grates
O Ericina tibi, votum ratione quod hacce
Pondus habere meum dederis, tam ſæpè profuſum
Pro ſocia iuueni danda, thalamiq; ſalute.

Venus. Aſtriferi fac[illegible]de nepos Atlantis, Olympi
Et decus, omnigeni [illegible]ator & largiſſime lucri.
Non equidem nudis [illegible]e ſolummodò verbis
Gratia ſoluetur mi[illegible] unc (quin inſuper haud te
Accumulaturum c[illegible]plexus ambigo) voti
Quandò tui molem [illegible]eris impenſius omni
Rimatus parte, & [illegible]eitùs tibi cognita ſponſæ
Conditio fuerit, ſim[illegible] agnita manſerit ipſa.
Quære genus, q[illegible]antis ſit & orta parentibus, amplam
Stirpis honore ſatis [illegible]lices, (nam quæſo ſuperſtes
Eſt ubi non nomen volat & bona fama Iohannis
Langi? quisúe eius virtutem neſcit Eliſæ?)
Quin etiam ſcruta[illegible] animum, multiſq; uidebis
Dotibus eximium. Nam cum pietate modeſtus
Emicat hinc decor, & mores pudor occupat ipſos,
Candida purpureo ſ[illegible]undit & ora rubore.
Par animo for[illegible] [illegible]ua non laudatior illa
Gentis odorife[illegible] [illegible]ormoſiſſima partu
Edidit Eurynom[illegible] [illegible]el (ſi non falſa fatebor)
Corniculana fuit, nec Lariſſæa Coronis.
Quod quoq; tu dicturus eris, cum virginis artus,
Aurea cæſaries, roſeus color atq; decoræ
Viſa tibi fuerint rutilantia lumina frontis.
Hanc ego fœminei numeroſo ex ordine cœtus
Elegi ſolam, iuueni propriamq; dicaui.
Neſtoreos quo cum perſuauiter exiget annos,
Amplexuſq; dabit, ſimul oſcula dulcia figet
Et faciet multa dilectum prole maritum.

Mercur. Cuncta placent: reddam pro ſedulitate quod optas.
Sed votum quid quæſo tuum Cyrrhæe ſileſcit?

Apollo. Ritè mones, veſtro noua pangere carmina ſponſo,
Se licet à noſtris ſubduxerit ille Lycæis
(Eſt fateor quò fata trahunt, ſuperiq;, ſequendum)
Quum tamen aſſiduè veneretur numina noſtra,
Atq; adeò noſtris faueat cultoribus, ipſi
Cum ſponſaq; ſua, voueo proſperrima cuncta.
Hæc ita: ſed ſacram quando veniemus in ædem
Plura canam, Video iam confluxiſſe virorum
Cum iuuenum cœtu, matronarumq; coronam,
Virgineumq; chorum: citharæ modulantur & æra.
Prodit at ecce ſuis ſponſus ſtipatus amicis,
Cui propius meritò germanus adambulat ille
Præſulis officium, venerandaq; nomina geſtans,
Summaq; Ripenſis laus terræ, & firma columna.
Indè ſubit noſtra celeberrimus arte IACOBVS,
Cimbrorumq; decus, cultis quem miſit ab oris
Læta Viella ſuis, ſed quem nunc inclyta geſtit
Ripa, uocatq; ſuum, Chriſti agnoſcitq; miniſtrum.
Quod supereſt, & nos pompam decoremus eundo
Ad ſacra templa, ſimul pia vota preceſq; feramus.
Inde reuertentes mox atria læta petemus,
Ac hilari caſtos hymenæos voce canemus,
Deniq; nubentes thalamo condemus in vno.

VOTVM.

ALme DEVS caſti es qui primus fœderis autor
Vnanimi iungens pectora bina fide.
Infligenſq; uago ſæuas pro crimine pœnas
Cum ſcelus in vetitum pectora cœca ruunt:
Omnibus, vt liquido monſtrant exempla Dauidis
Polluit Vriæ cum ſacra iura tori.
Aſt alijs contrà ſemper bona præmia confers
Qui tua de caſto numina corde colunt.
Teſtis ades ſpurcæ Ioſephe, libidinis oſor
Quem DEVS èx imo tollis ad alta malo.
Is quia caſtus erat, mens & tu caſta uocaris,
Ergò magis caſtos diligis, atq; foues.
Hoc ego confidens, tibi verba precantia fundo,
Caſtaq; pro caſtis audeo uota dare.
Vt licitus quos iunxit amor, nexuſq; iugalis
Hic ſociat, ſtabili proſperitate bees.
Vnanimes uiuant Pylios ut ſemper in annos,
Et numerent thalami pignora multa ſui.
Hæc ita, nil dubites frater dilecte futura,
Tu modò cœleſti perge placere patri.
Omne quod inſtituas fauſto tunc omine uertet,
Atq; feret ſponſæ cuncta beata tuæ.
Cui placidus vir eris, parebit & illa frequenter,
Colloquijſq; ſuis te recreabit herum.
Annuit, en, Chriſtus votis: nil demoror ultrà:
Dilige ſponſe tuam, dilige ſponſa tuum.

Stephanus Lagonius Ripenſis fratri
ſuo dilectiſſ. eiuſq; ſponſæ
caſtiſſ. vouit.

LIPSIÆ Iohannes Rhamba excudebat 1572.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3772 4° (LN 347)